

Franckesche Stiftungen zu Halle

Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

CAPUT XXIV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

absit, ob negotii ipsius gravitatem, quæ omnino talis est, ut causis probabilibus non contenta, quam maxime evidentes requirat.

5. At justum si accipimus, quoad effectus quosdam juris, certum est, bellum hoc sensu justum utrimque dari, ut ex iis apparebit quæ de bello publico solenni infra à nobis dicentur. Sic enim & sententia non ex jure lata & possessio sine jure habent quosdam juris effectus.

† c. 3. lib. 3. &
supr. c. 17. §.
19. Lib. 2.

CAPUT XXIV.

Monita de non temere etiam ex justis causis suscipiendo bello.

I. Jus sepe remittendum ut bellum vitetur:

II. Maxime jus ad poenas:

III. Præsertim à rege lesò.

IV. Etiam cura sui & suorum abstinentium sepe bello.

V. Regule prudentiæ circa electionem bonorum.

VI. Exemplum in deliberatione inter

studium libertatis & pacis: qua interitio populi evitetur.

VII. A poenis exigendis abstinere debere qui non multo sit validior.

VIII. Restare ut bellum non sit suscipiendum nisi ex necessitate:

IX. Aut ex maxima causa cum maxima occasione.

X. Bellorum mala ob oculos posita.

I. I.

Quamquam instituti, quod de jure belli inscriptum est, pars proprie non videtur exsequi, quid circa bellum virtutes aliæ præcipiant aut svadeant, obiter tamen obviam eundem est error, ne quis existimet, ubi jus satis commperum est, statim aut oportere bellum suscipi aut semper etiam licere. Contra enim evenit, ut plerumque magis pius rectumque sit de jure suo cedere. Nam nostræ quoque vitæ curam honeste & deseri, ut alterius & vitæ & salutis perpetuæ quantum in nobis est, consulamus, supra suo loco dictum est. Maxime autem Christianis hoc convenit, qui in eo perfectissimum Christi imitantur exemplum, qui pro nobis adhuc impiis & infestis mori voluit, Rom. V, 6. Quod ipsum multo etiam magis nos excitat, ne res nostras aut nobis debitas persequamur cum tanto aliorum incommodo, quantum secum ferunt bella. †

Vid. de Jure belli, n. 14. & 33.
† L. II. c. 1. §. 8.

2. * Non ob quamvis causam talem bellum suscipiendum & Aristoteles monet, & Polybius. Nec à veteribus laudatus Hercules, quod Laomedonti & Angiæ arma intulit ob non solutam laboris mercedem. Dion Præsenfis in ea oratione, quæ est de bello & pace, non hoc tantum, ait, quæri solere εἰ συμβέβηκεν ἀδίκημα ἐπὶ τῶν οἷς ἀνομιῶν πολεμεῖν, an injuria accepta sit ab his, de quibus bello petendis agitur, sed etiam πηλικὸν ἢ τῶτο συμβέβηκός, quanti aestimandum sit id, quod accidit.

† h. c. §. XI.
Pol. lib. IV.
Rhet. ad Alex.
c. 3. Paul. L. V.

Non

Non ob quamvis causam talem bellum suscipiendum) Seneca svaforia V. Gallio dixit, bellum suscipiendum fuisse pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re supervacua & nihil nocitura si fieret, non esse suscipiendum. Plus aliquid Apollonius dixit Regi Babylonix apud Philostratum libr. 23. *ἄριστος δὲ ἦν καὶ τὸ μὴ δεῖν ὑπερρωμῶν, ὧν μείζους κέρτηται τάχα καὶ ἰδιώται Διοφρέουτος ὡς ῥωμαίους, καὶ πόλεμον ἔσθ' ὑπερμεγάλων ἀρεσῶν* Addidit vero, non oportere cum Romanis disputare de vicis, quibus majores privati saepe possident, ad bellum vero ne ob magnas quidem venire causas. Josephus altero libro adversus Appionem de popularibus suis: ὅτε τῶν ἀνδρῶν ἠσχοῦμαιν ὅπῃ τὸ πλεῖστος ἀρεσῶν χάριν πλεονεξίας, ἀλλ' ὅπῃ τὸ τὰς νόμους Διοφουλάθειν. τὰς γὰρ ἄλλων ἐλαττώσεις περὶ τὸν ὑπομύροντες, ἐπειδὴν ἴνες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κτεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ ὡς δὴ δυνάμιν ἀρεσῶν περὶ τὸν κτεῖν καὶ ἐκείνων συμφορῶν ἐγκατεργάζηται. *Nec nostri fortunam exercent, ut suas res auceant, sed ut leges ipsi maneat. cetera igitur damna ferentes leniter, ubi sunt, qui nos à legibus cogant discedere, tunc etiam supra vires bella sumimus, & ad ultima usq; mala duramus.*

II. I. Ad penas vbro omittendas multa sunt, quæ nos hortantur. Videamus quam multa patres in filiis dissimulant; quæ de re dissertatio est Cicero-nis apud Dionem Cassium. Pater, * ut Seneca ait, nisi multe & magne iniurie patientiam devicerunt, nisi plus est, quod timet, quam quod damnat, non accedet ad decretorium stylum: unde non multum discrepat Phineidi dictum, recitante Diodoro Siculo: μηδένα πατέρα λαθεῖν παρ' ἡν ἐκείνους πτωχῶν, εἰ μὴ τὸ μέγεθος τῆ ἀδικημάτων ὑπερβαίνοντο τῶν φυσικῶν καὶ νόμων εἰς τέκνα Φιλοσοφίαν: & illud Andronici Rhodii, εἰδὲς πατέρα ἀφίεται & ἡμ', εἰ μὴ ὑπερβαλόντως εἴη μοχθηρῶς.

Ut Seneca ait) de clementia I. cap. 14. Augustinus patri in consilio as-sidens de filio, qui in patricidio deprehensus esset, dixit: relegandum quo patri videretur. Non cullent, non serpentes, non carcerem decrevit: memor, non de quo censeret, sed cui in consilio esset, mollissimo genere poena contentum esse de-bere patrem dixit. Verba sunt Senecæ eodem libro capite 15. Terontius An-dria Act. V. Sc. III. v. ult:

Pro peccato magno paululum supplicii satis est patri.

Philo Act. 4. φησὶας ait: πατέρας ἀπειρήσεις χηνυαλίξεν τῶν ἀπογονίζοντας αὐτὸς τῶν οἰκίας καὶ συσχετίας, ὅταν τῶν ἐκ φύσεως ἀβιτήν καὶ ὑπερβαλόντων εὐνοίαν ἢ ἐν ἐκείνοις μοχθηρὰ κατὰ κρητήσεων, Patres addicationis tristitia verba pronuntiant, filiosque à domo sua & omni cognatione abrumpunt, ita de-mum ubi amorem illum, quem ingentem ac super omnia eximium natura paren-tibus indidit, filiorum improbitas vicit. Cicero pro Ligario: Ignoscite, Ju-dices,

Phil. p. 506 Bii
Act. V. p. 1663. d.
scg

Lib. V.

c. 25. 204

die
fals
part
imp
in
pre
sim
con

LXX
ej
at
us
ov
er
or
p
p
in
in
fer
la
ca
vi
&

da
in
G
im
in
Ch
hij

ran
or
17

dices, erravit; lapsus est; non putavit; si unquam post hac. ad parentem sic agi solet.

2. At quisquis alium punire vult, * rectoris, id est patris quodammodo, personam suscipit: quo respiciens Augustinus ad Comitem Marcellinum: Imple, inquit, Christiane iudex, pii patris officium. Pittaci dictum laudat Julianus Imperator: ὁς τὴν συγγνώμην τῆς πτωχίας προετίθει, qui veniam prope prefebat. Libanius in oratione de seditione Antiochena: qui Deo, inquit, similis esse vult, ἀφίεις πτωχίας χαίρειν μᾶλλον ἢ λαμβανῶν, magis gaudet condonatione quam pœna.

Rectoris, id est patris, quodammodo personam sustinet) Seneca epistola LXXXVII. Clementia alieno sanguini tanquam suo parcat, & scit homini non esse homine prodigè utendum. Diodorus Siculus in Fragmentis: εἰ δὲ τὴν αἰμαρτήσαντας οὐ πάντας τρόπῳ κολάζειν, ἀλλὰ τὰς ἑπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μετὰ δὶδασκομίας. Non omnes omnino qui deliquere puniendi sunt, sed ii quos male factorum nihil poenitet. Chrysostomus de statuis VI. μαρτύρωσαν οἱ ἄπιοι πάντες, ὅτι ὁ ἕως φέρει πᾶσαι ἐξουσίαι δυνάμει χαλινῶν. δόξα σὺν σοῦ δὲ θεοῦ τῶν, τοῖς συνδούλοις αἰφείας τὰ αἰμαρτήματα, ἵνα καὶ αὐτὸς σε δόξασιν μειζώνας, ἵνα ἡμεῖς σοι κτὶ τῶν τῆς κρείσεως ἡμέραν δείξῃ τὸ ὄμμα καὶ γαλιῶν, ταύτης μεμνημένοι σοῦ τῆς Φιλανθρωπίας. Discant omnes, qui à fide nostra sunt extranei, reverentiam, qua Christo exhibetur tantam esse, ut cuilibet potestati injiciat frenos. Honora dominum tuum: condona peccata conservis tuis, ut & ipse multo magis te honoret, ut in illo iudicii die vultum tibi ostendat serenum atque clementem, hujus tuae lenitatis memor. citat Gratianus c. 35. causa XXIII. quæst. IV. ex Augustino: Duo ista nomina, cum dicimus homo & peccator, non utiq; frustra dicuntur: quia peccator est, corripere: quia homo, misere: vide & quæ sequuntur, & quæ supra posuimus ad caput XX. §. XII. §. XXI. & XXXVI.

3. Interdum ex sunt rerum circumstantia, ut jure suo abstinere non laudabile tantum sit, sed & debitum, ut ratione ejus, quam hominibus etiam inimicis debemus, dilectionis, sive in se spectata, sive qualiter eam exigit sanctissima lex Evangelii. Sic quosdam esse diximus, pro quorum, etiam si nos impetunt, salute mortem optare debeamus, quod eos sciamus rei communi humanæ aut necessarios, aut valde utiles. † Si res quasdam negligi †† vult Christus, ne lites subeantur, tanto credendum est, majora à nobis negligi voluisse, ne ad bellum eatur, quanto bellum lite est nocentius.

4. De suo jure virum bonum aliquid relaxare, non solum libertatis, sed pleurumq; etiam commoditatis est, ait Ambrosius. Aristides svadet civitatibus συχαρῶν ἔπαρέναί ὁ, τὴν αὐτῆς μέτριν, concedere & largiri, si quid sit moderare. Rationem addit: ὡς πρὸς γὰρ ἑτῶν ἰδιωτῶν ἐπαυεῖτε τὰς ὀργάνωνας καὶ βλαβῶν

Αααα

Molina tract. II. de Just. disp. 103. Lorca disp. 153. n. 11. Ægid. Regio, de act. supern. disp. 31. du 7. n. 107. † L. 2. c. 2. §. 6. † L. I. c. I. §. 8. & q. per tot. †† L. I. c. II. §. 8. n. 4. L. 2. c. 20. §. 10. n. 3. c. 23. §. 6. Etwaj L. 2. de Off. c. 2.

βλώσιν αὐτὰ μάλιστ' αἰσθύνονται ἢ Διὸς Φέροντος ὡρῆς τινας. Nam & privatorum hominum eos laudatis, qui facili sunt ingenio & damni aliquid subire malunt, quam litigare. Xenophon historiae Graecae sexto: σφραγισθῶν μὲν δήπρ' ἔτι μὴδὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ Διὸς Φέροντα εἴη, πόλεμον ἀναίρεισθ'. Sapientum est, ne ob graves quidem causas bellum suscipere. Et apud Philostratum Apollonius: πόλεμον ἂν ἰπτερὸν μεγάλων αἰσθῶμαι; nec ob magnas quidem causas bellum capiendum.

III. 1. Circa poenas officii primum nostri est, si non ut hominum * certe ut Christianorum, ut facile ac libenter condonemus, quae in nos sunt commissa, sicut Deus nobis condonat in Christo, Eph. IV, 32. τὸ γὰρ ὡς Θεὸς Ἰσταν ἀόργητον ἵσπερ ὦν τὸ ἦν ἑσθ' ὀφθῶν τῇ κολάσει γίνε) τῶν ἠδικησάντων Θεὸς Φύσει ἠερεσετέη, ait * Josephus: Ira vacare circa ea, ob quae nocentes poene mortis sunt obnoxii, ad divinam naturam accedit.

Certe ut Christianorum) Theodosius, ut Antiochenis condonaret crimen in se commissum, à Flaviano Episcopo illis, maxime Christi verbis promotus fuit: Dimitte illis Pater, quia nesciunt, quid faciunt. Narrat Chrysostomus de statutis vicefima.

Josephus) Antiquae historiae II, 3.

Lib. I. de
Clem. c. 20.
L. un. C. Si
quis Im. ma-
ledix.

2. Seneca de principe: Longe sit in suis, quam in alienis, exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, sed eum, qui cum suis stimulis agitatur, non proflit: qui intelligit, magni animi esse, injurias in summa potentia pati, * nec quicquam esse gloriosius Principe impune laeso. Quintilianus: Svandebimus Principi, ut laudem humanitatis potius, quam voluptatem ultionis concupiscat. In C. Caesaris laudibus posuit Cicero ut praecipuum, quod oblivisci nihil soleret, nisi injurias. Livia in allocutione ad Augustum apud Dionem: τὰς ἄρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τὰς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικῶσιν ἐπεξίεναι χεῖρας, τὰς δὲ ἰδίαι τι εἰς αὐτὰς πλημμελεῖν δοκῶσας Φέρον. Ita plerique existimant, rectoribus punienda quae contra communem utilitatem peccatur; quae verò in ipsos, dissimulanda. * Antonius Philosophus, in oratione ad Senatum; Non enim unquam placet in Imperatore vindicta sui doloris, quae etsi justior fuit, acrior videtur. Ambrosius in Epistola ad Theodosium: Antiochenis tuam donasti injuriam. Et in ejusdem Theodosii laudibus ad Senatum Themistius: ὅτι σὺ αὐτὴν ἀλάστορα καὶ ἴσπερ ἀγαθὸν βασιλεῖα, ἀλλ' ἔν περὶ τῷ μείζω Φάροντος τῶν ἠδικησάντων. Bonum regem oportet his, qui in se peccarunt, superiorem esse, non vicissim nocendo, sed bene faciendo.

2. Nec quicquam esse gloriosius Principe impune laeso) Chrysostomus in laude Clementis: ἀπαιτῶ μὲν γὰρ ἀφ' ἑσθῶν τῶ το κοσμεῖν δυνά). Διὸς Φέροντος δὲ τὰς

quet. hic an bellum pecunia nimis possit Regi.
Imparum seu inferorum omnino hic facere pos.
se quia majori periculo se subtrahit licetna.
constanter et potestiores satunde etiam hoc mo.
do rēmissi invasiones tentatorum Jura
habent. Eodem reportandum q. ipsi impe.
retur germani Jutarum invasiones vata
pecunia avertent. sed (3) bellum inter pares
videtur inferri (1) infirmitate confessionem
hinc debet scriptores Galbo Jaxerato in:
primis vitio ~~est~~ quod nimis seynis
ditionem inadvertitibus consulerit de quo Porporis
Legibus in d. p. 2) abjectionem animi eideo
neglectum ac contemptum ab hostibus (3) eorum
novas injurias provocat exemplo Scita.
rum qui semper post acceptam a Galbo pe.
cuniam ferociter Jalti ob Jarguis namaro
ta. hoc modo pariter sed. p. q. nec in bello
Jurionem sanguinis intēni et nec hostem
ideo consilia belli intermittere. **cap. 2. 1.**
in 3. p. 22

§. 3. 2. 3. a) Virtus magnanimitatis consistit in
temptu parvorum et g. parva impedienda
negligit magnanimo dicitur, non qui ob mi-
nuta statera commovetur, sicuti
pusillanimo est qui magna timet. Magna-
nimo a supra in p. n. a. positus creditur
Dott. Mor. ap. II. 9. hinc Tacitus atheni-
mquit summa rerum curatur vetera q.
sanctis habentur.

τὰς ἐν ἐξουσίαις. τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ὀπίσσω τῆς βασιλείας, κατέχεν αὐτὸν, καὶ τὰ θεῶν νόμον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι ἔργων, μέγα μὲν εἰς ἐνφρασίαν τε καὶ δόξαν. *Omnes illa hominem ornare insigniter potest, maxime vero eos, qui in imperiis sunt constituti. Nam cum regia potestas omnia permittat, semet retinere, ac divinam legem actionibus suis ducem proficere, egregium est ad famam gloriamque.* Augustinus epist. CIV. qvæ est ad Bonifacium Comitem: *memento cito ignoscere, si quis in te peccaverit, & veniam postulaverit.*

Antonius Philosophus) Apud Vulcatium Gallicanum vita Avidii Cassidii.

3. Magnanimus qui sit, eum Aristoteles negat esse *μνησικακόν*, injuriarum memorem: Quod Cicero sic exprimit, *nihil magno & praclaro viro dignius placabilitate atque clementia.* Hujus eximia virtutis insignia nobis exempla sacrae literæ suppeditant in Mose, Num. II, 12. & Davide, II. Sam. XVI, 7. Maxime vero id locum habet, ubi aut nos quoque nobis peccati aliquid sumus conscii, aut id, quod in nos peccatum est, ab humana quadam & excusabili infirmitate procedit, aut satis apparet penitere eum, qui nocuit. *Est ulciscendi & puniendi modus, inquit Cicero, & haud scio, an satis sit, * eum, qui lacefferit, injurie sue penitere. Sapiens, inquit Seneca, multa remittit; multos parum sani, sed sanabilis ingenii servabit, & hæc quidem causæ à bello abstinendi ex dilectione nascuntur, quam ipsis inimicis aut debemus, aut recte impendimus.*

De Off. I.

Dried. Lib. II. de lib. Christ. c. 6.

3. *Eum, qui lacefferit, injurie sue penitere.*) Procopius Vandalicorum II. μεταμειλ^θ γὰρ ἐν δέοντι ἐπ' αἰκρόσιν ἄπληγνόμενον^θ συγνώμονας αὐτοῖς τὰς ἡδικημέλους ποιεῖν εἶωθεν. *Penitentia in tempore oboriens iis, qui peccarunt, ad veniam dandam provocare laesum solet.*

IV. I. Sæpe verò * nobis ipsis nostrisque præstandum habemus, ne ad arma veniat. Plutarchus in Numæ vita ait, postquam, juste posse suscipi bellum, decrevisset fœciales, consultatum à Senatu, an ex usu esset suscipere. In parabola quadam Christi dicitur, si quis rex cum rege altero bello certandum habeat, primo sedentem, qui mos est cum cura consultantium, expensurum apud se, an ipse, qui decem millia militum habeat hosti ducenti bis totidem par esse possit. Quod, si videat se imparem fore, anteqvam ille intra fines adsit, misurum legationem cum mandatis pacis causa.

Luc. XIV, 31.

1. *Nobis ipsis nostrisque*) Procopius Gotthicorum II. Gotthos ita ait locutos Pelisario: ὅταν δὲ αὐτὰ ἑταῶς ἔχη, τὰς ἐκατέρων ἡγεμέλους προσήκη μὴ δόξης ἢ οἰκείας τὴν τῶνδε χρομίων σωτηρίαν, ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τὰ τε δίκαια τὰ τε ἕξιμορα, εἰ σφίσι αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἐλέσθαι. *Hæc cum ita se habeant, officium erit utriusque gentis rectorum, subditorum sibi salutem non projicere*

Aaaa 2

pro-

propria laudis studio, sed ea præferre, quæ & iusta sunt & utilia non ipsis tantum, sed & hostibus.

Consultatum à senatu, an ex usu esset suscipere) Diodorus apud Thucydidem III. ἦν τε γὰρ δόξα φήνω παρὰ ἀδιν ἐν τῷ, & Διὰ τὸ τοῦ δόπουλέων κελύσω εἰ μὴ ἔυ-
Φέρον. Etiam si enim maxime illos peccasse pronunciem, non utiq; & occidi eos jubeo, nisi expediat.

†††

In parabola) Editiones de Ann. 1642. 1651. legunt fabella, quæ lectio quoque menti Grotianæ conformior, add. h. l. c. 20. §. 48. Interim differentiam fabulæ & parabolæ vid. ap. Dn. Osiandr. p. 1266.

Liv. lib. VI.

2. * Sic Tusculani omnia patiendò & * nihil recusando pacem à Romanis meruerunt. Apud Tacitum est: Frustra adversus Ednos quasita belli causa. Fussi pecuniam atque arma deferre, gratuitos insuper comæatus præbuerunt. Sic * legatis Justiniani Amalafuntha regina negavit armis se certaturam.

2. Sic Tusculani) Vide Plutarchum Camillo.

Nihil recusando) Fecit idem Armeniorum rex Severi tempore, meminit Herodianus libro III.

Legatis Justiniani Amalafuntha) Vide Procopium Vandalicorum II. & Gotth. I.

†††

Omnia patiendò & nihil recusando) Idem de novis Mexicanorum coloniis dicendum, qui, antequam cum Tepanecis veteribus incolis bello decernere vellent, exactiores, primâ fronte licet impossibiles, ope, ut illi ferunt, Diaboli Vizlipuzli penderunt, sicque diu pacem confervarunt, Dapper. in noviss. Descript. Americ. Edit. Germ. 1673. pag. 269. lib. 2. cap. 15.

Lib. VII.

3. Potest & temperamentum adhiberi, ut à Syrmio Triballorum regis factum Strabo memorat, qui Alexandrum Macedonem & insulam Peucece intrare vetuit, & simul donis eum honoravit, ut ostenderet, se, quod faceret, justo metu, non odio aut contemptu ipsius facere. Quod Euripides de Grecis dixit civitatibus, idem ad alios quosvis recte aptes:

De Marte quoties iur in suffragia,

Nemo imminere cogitat mortem sibi:

Sed quisq; cladem destinamus alteri:

Quod si in comitiis funera ante oculos ferent,

Furiata bello non perisset Grecia.

Apud Livium est: Cum tuas vires, tum vim fortune, Martemq; communem propone animo: Et apud Thucydidem: Ἐ πόλεμος τὸ πρῶτον ὄσον δὲ πρὶν ἐν αὐτῷ ἀπέθαι ὡς ἀφ' ἑωυτοῦ: Quicquid inopinum accidere potest in bello, priusquam aggrediare, considera.

L. 2. c. 25. §. 1. V. 1. Qui deliberant partim de finibus, non quidem ultimis, sed interjectis,

jectis deliberant: partim de iis, quæ eo ducunt. Finis semper est bonum aliquod, ut certi mali declinatio, quæ vicem boni obtinere possit. Quæ vero huc aut illuc ducunt, per se non expetuntur, sed quatenus ducunt: quare in deliberationibus comparandi sunt, & fines inter se, & eorum, quæ ad finem ducunt, facultas effectiva ad finem producendum: nam, ut recte dixit Aristoteles de animalium motione: αἱ ἀποφάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ τοῦ εἰδῶν γίνονται, διὰ τὸ ἔσθ' ἀγαθὸν καὶ διὰ τὸ εἶναι δυνάτω: propositiones, quæ actionem efficiunt, duorum sunt generum: ab eo, quod bonum est, & ab eo, quod fieri potest: quæ comparatio tres habet normas.

2. Prima est; si res, de qua agitur, æqualem, morali scilicet æstimatione, efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum, ita demum eligenda est, si bonum aliquanto plus habeat boni, quam malum mali. Hoc est, quod Aristides sic enūciat: ὅτι ἐλαττον ἔσθ' ἀγαθὸν καὶ ἴσον δυνάτω. Andronicus Rhodius, ubi magnanimum describit, ait, eum non ob quasvis causas pericula subiturum, sed ob maximas. Terarum rex hominum est pericula per se appetit. c. 22. v. 2.

3. Altera; si videatur esse æquale bonum & malum, quod à re, de qua quaritur, possit procedere, ita demum ea res eligenda est, si efficacia ad bonum, quam ad malum, major sit.

Tertia; si videatur, & bonum & malum esse inæquale, nec minus inæqualis rerum efficacia, res ea ita demum eligenda est, * si efficacia ad bonum major sit collata efficacia ad malum, quam ipsum malum est collatum bono, aut si bonum sit majus comparatione mali, quam efficacia ad malum, comparata ad bonum.

3. Si efficacia ad bonum major sit collata efficacie ad malum, quam ipsum malum est collatum bono) Utitur hac regula prudenter Narfes apud Procopium & Gotthoricorum II.

4. Hæc nos limatius paulo; sed eodem tendit via planiore Cicero: cum ait, fugiendum, ne offeramus nos periculis sine causa, quo nihil potest esse stultius: quæ propter in adeundis periculis consuetudinem imitandam Medicorum, qui leviter ægrotantes leviter curant; gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur: quare, subvenire tempestati, sapientis esse dicit, eoque magis, si plus ad ipiscare, re explicata, boni, quam addubitata mali.

†††

Adhibere coguntur) Nunquam tamen sibi persvadeant licentiam occidendi à magistratu imperandam, uti putat Guil. Grot. de Princ. Jur. Nat. cap. 11. §. 13. in fin. add. ibid. not. pag. 192.

5. Et alibi: Ὅτι δὴ τὸ ὄργανον magnum nullum fieri possit, ἀπὸ τοῦ ὄργανου vel non magnum nociturum sit, quid opus est ἀρκεῖν δὲ τῶν. Dion Brufænfis Tarsensi altera: ἔστω δεινὸν καὶ ἀδίκον. ἀλλ' ἵσθ' ἔστι μὴ δυνάτω πέρυσι γίνεσθαι, δεῖ ἀποφά

τὸ Φιλονεικίδης αὐτὸς ἀδικεῖν ἀπέπρωτι. *Sit sane hoc injustum & indignum, quod toleretur. At non, si quid injusti accidit, nos ideo debemus certandi studio nosmet incommotis objicere, Et postea: ὡσαυτ, οἶμαι, τὰ βδέη ταῦτ' αὐτῷ σφόδρα πικρὴ καὶ αἰχμαδίαι μὴ διωόμεθα ζητῶμεν ὡς τάχα δροσίζεσθαι, μετρίως ἢ ἐνοχλασόμενοι καὶ ὀρῶντες ἀνάγκη δύναν φέρειν ἢ τῶτο, ἢ τῆτε μείζον ἔπειρον, σκοπῶμεν ὡς καὶ Φοτῆται ἔπεισαι. Sicut onera, ubi ita valde nos urgent, ut durare nequeamus, quærimus abjicere: mediocriter autem pressi, & rebus talibus, ut aut ista aut gravior a ferenda sint, in hoc nos componimus, ut quam expeditissime subsequamur. Aristides Sicula secunda: ὅτε μείζον ὁ Φόβος τ' ἐλπιδος, πῶς οὐκ ἄξιον φυλάττεσθαι: ubi major spe metum est, quomodo non tempus est cavendi?*

VI. 1. *Exemplum fumamus ab eo, quod inter Gallia civitates consultatum olim narrat Tacitus: Libertas an pax placeret? Libertatem intellige civilem, hoc est: jure regenda per se Republica: quod jus plenum est in statu populari, temperatum in statu optimate, præsertim tali, ubi nemo civium ab honoribus areceatur, pacem vero talem, qua bellum redimatur: servecinum, id est, ut Cicero alibi Græcis verbis hanc quæstionem explicat, ἐκὼ μέλλη διὰ τῶτο φεῖ τ' ὅλων ἡ πόλις κινδυνώσῃν: Puta, ubi recta æstimatio futuri nihil ferre aliud, quam totius populi exitum, videatur portendere: qualis erat status Hierosolymorum obsessorum à Tito. Hic Cato quid dicturus sit, qui mori, quam uni parère maluit, nemo nescit; quo & illud pertinet:*

Quam sit non ardua virtus

Servitium fugisse manu.

Et multa alia ad eum modum.

L. II. c. 6. §. 5.
c. 19. §. 5. n. 2.

II. Part. XII,
78. Jer. XXVII,
13.

2. *At aliud dicitur recta ratio: Vitam felicet, quæ fundamentum est omnium bonorum temporalium & æternorum occasio, plus esse quam libertatem; sive utrumque sumas in uno homine, sive in toto populo. Itaque Deus ipse pro beneficio imputat, quod non perdat homines, sed in servitutum tradat. Et alibi svadet per Prophetam Hebræis, ut sese Babylonis * in servitutem dedant, ne fame ac peste moriantur. Quare illud, quanquam laudatum antiquis,*

Obsessum Pæno gessit quod Maris Saguntum:

Laudandum non est, nec quæ eo ducunt.

2. *In servitutem dedant, ne fame ac peste moriantur) Guido Blandratenfis in oratione ad Mediolanenses apud Guntherum.*

Omnia securi pro libertate feremus.

Sed libertatem contempta nemo salute

Sanus amat. neque enim certe susceptio cladis,

Quam vitare queas, nisi cum ratione salutis,

Libertatis amor, sed gloria vana putanda est.

August de
Civ. Dei, I.
XXII. c. 6.

Lib. XIII.

§ 6. n. i (a) quæstio nro e de bello interuenio § 6. n. i (c) Quer. an recte fecerint Præces
i. q. ad contentam unius partis gentes ubi sese fito uenerint. P. satis est uicem
oite ponus serueho gmo Libertatis eligent in stulta seruitute interire et ratione dicta
de et ratione in th. n. 2. tum quia tandem uinum semper spes uere
libertatis superstit q. a. cum uita p. uares

§ 6. n. i (b) libertas civilis est quæ opponit. in Bella th. pro ueritate Libertatis gen.
Monarchia alia e naturalis, quæ opponit licet dictum ad L. 2. c. 22. et epen.
iur seruitati. plo belgarum illustratum

§ 6. n. i (d) siue naturaliter siue civiliter utroq.
improbandum fuit th. nos Stacorum opinio
q. non solum non sed et sibi ipsis max
indecitas inferre satig uenerat qm aliter
subieci uti uere e et Seneca d. tra. 1.
3. c. 15. que th. ne dicam Tharistino d.
saltem recte rationi untrianat facile
patet

Sic et probatur in ultimo bello His paco
gallio Hispanis quod bellum vmpantz vi-
ntz contra Gallos publicaverint.

3. Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet. Cicero de Inventione secundo necessitatis hoc ponit exemplum, necesse esse Casilinenfes se dedere Annibali, quoniam necessitati aderat hæc adiunctio, * nisi malint fame perire. De Thebanis, qui Alexandri Macedonis temporibus vixerunt, extat hoc Diodori Siculi iudicium: *τοῖς ἀδρείοτερον μάλλον ἢ Θεονιμάτερον χησάμφοι προσέπεισον εἰς πάνδημον ἔπαυσις* ὅλθθρον: *animi * spiritu forti magis, quam prudente, internecionem patriæ accersiverunt.*

† L. 2. c. 9. §. 6.
c. 21. §. 7. n. 2.

2. Nisi malint fame perire) Anaxilai, qui, ob famem, Byzantium dediderat, hæc defensio fuit: pugnandum hominibus in homines, non in rerum naturam: Ita Xenophon. Procopius Goth. IV. *ὁ γὰρ ἐπαινεῖσι τῶν ἐκείνων τελευτήν ἀδρωπιοι, ἔνθα τις ἐπίκρηται κρείσσων τῶν καὶ ἀπὴν κινδύνα εἰλίς.* Non laudant mortem voluntariam homines, quamdiu spes aliqua est periculo potentior.

Spiritu forti magis, quam prudente) Idem cum explicasset consilia belli suscepti ab Sithonienfibus post Alexandri mortem, ait saniorum iudicio eos *πρὸς εὐδοξίαν ἐν βεβηλείᾳ. τὰ δὲ συμφέροντα διημαρτημένοι, ad gloriam quidem recte consuluisse, sed ab utilitate aberrasse*: ut qui properassent *ἀγνωδίᾳ καὶ μηδεμίᾳ αἰδέσει κατεπεύχθησαν, periclitari nulla necessitate impellente*; ne Thebanorum quidem tam nobili clade passi se admoneri.

4. De eo quem diximus Catone & Scipione, qui post victoriam Pharsalicam cedere Cæsari noluerunt, iudicium extat apud Plutarchum: *αἰτίαν ἔχουσιν ὡς πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ἀνδρῶν ἐν λιβύῃ θανάλωσάσωντες οὐκ ἀναγκαίως: culprandi sunt, tanquam qui viros multos & egregios in Africa perdidissent, nullo opere pretio.*

5. Quod autem de libertate dixi, idem de aliis rebus expetibilibus dictum volo, si oppositi mali majoris iustior aut par sit expectatio. Nam, ut recte Aristides, moris est navem servare rerum non vectorum iactu.

†††

Nāsem (servare rerum non vectorum iactu) Sed quid si necessitas sit talis, ut, nisi iactu unius vel alterius vectoris, salvari queas? *vid. Diss. de Just. Perm. §. cap. 2. §. 14.*

VII. In penis quoque exigendis illud maxime observandum est, ne unquam eo nomine bellum suscipiatur in eum, cui parcs sunt vires. Nam, ut iudicem civilem, ita, qui armis facinora velit vindicare, multo esse validiorem altero oportet. neque vero prudentia tantum, aut suorum caritas exigere solet, ut bello periculo se abstineatur, sed sæpe etiam iustitia, rectoria scilicet, quæ ex ipsa regiminis natura superiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam, obligat. Cui consequens est, id, quod recte à Theologis est traditum, regem, qui ob causas leves, aut ad exigendas penas non necessarias, & magnum facum periculum trahentes, bellum suscipit, teneri subditis ad reparationem & damnorum, quæ inde oriuntur,

(m). 2. 3. c. 2. §. 27.
q. 5. §. 6.

Cajet. 2. 2. q. 95
art. 8. Molina,
tract. I. de Justitia, c. 102.
† L. 3. c. 2. §. fin.

tur. nam, etsi non in hostes, in suos tamen veram committit injuriam, quibus talibus de causis tam gravi malo eos implicat. Livius: *Justum bellum, quibus necessarium, & pia arma, quibus nulla, nisi in armis, relinquitur spes.* optat hunc statum Ovidius Fastorum I.

Solagerat miles, quibus arma coercet, arma.

†††

Cui pares sunt vires) Competit quidem sapius huic justitia belli; sed tamen, si viribus non est par, vel superior, de facili propter eventum belli maximè dubium, subditos suos, imò totam Remp. extremo excidie victoris, licet injustissimi, exponere possit. Igitur hanc cautelam posuit Grotius.

In suos tamen veram committit injuriam) Etenim verba sunt *Molin. de J. & J. Tr. 2. disp. 102. num. 8. pag. 418.* si prudentis arbitrio tale bellum futurum est in detrimentum maximum suæ Reipublicæ, quia vires non habet ad superandum, vel quia cum momento suæ Reip. bonique communis emolumento, subditos suos maximis periculis & detrimentis exponet, reditus publicos in eo infumet, Remp. novis tributis & exactionibus gravabit, &c. sane culpa erit lethalis contra justitiam adversus suam Remp. ejusmodi bellum suscipere, si commodè ab eo possit abstinere. Respublica namque non est propter Regem, sed Rex propter Remp. ut illam defendat, administret & gubernet, non ad suam arbitratum, vanitatem & commodum, sed ad Reip. commune bonum: quo sine adductæ gentes præfererunt sibi Reges ac Principes, atque eis id jus, quod habent, potestatemque tribuerunt. Unde rectè *Aristotel. 4. Pol. c. 10.* hoc constituit discrimen inter Regem & Tyrannum, quod Tyrannus in proprium commodum & quæstum: Rex verò in commune & publicum bonum Remp. administret.

VIII. * *Rara ergo belli sumendi causa est, quæ omitti aut non possit, aut non debeat.* puta cum jura sunt, ut Florus loquitur, armis sæviora. Seneca incurri ait in pericula, ubi quiescenti paria metuantur, aut etiam pejora: quem sensum Aristides sic extulit: *ἴσπερ χεῖρ καὶ ἀδελφὸν ἢ τὸ μείζον αἰετῶδες κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τῶν ἡσυχίων ἀγεῖν Φανερώς χεῖρον ἢ.* *Miseram pacem bello bene mutari,* ait Tacitus, nempe cum, ut idem ait, aut ausos libertas sequitur, aut victi iidem erunt: aut ubi (ut Livius loquitur) pax servientibus gravior, quam liberis bellum. Non si, ut apud Ciceronem est, apparet futurum, ut si victus eris proscribaris; si viceris, tamen servias.

Rara ergo belli sumendi causa est quæ omitti aut non possit aut non debeat) Servius ad illud in X. Aeneidos:

Iram miserantur inanem

Amborum & tantos mortalibus esse labores.

Quia nulla causata justa est, ut propterea bellum geri debeat.

IX. *Alterum belli tempus, si, ita ut oportet rem æstimanti, à jure & quidem quod momenti sit maximi, simul stent vires.* Hoc est, quod Augustus ajebat, bellum non suscipiendum nisi cum major emolumenti spes, quam damni metus, ostenderetur. Et quod de prælio dicere solebant Scipio Africanus & L. Æmilius Paulus, idem huc non male aptaveris: *Non decerandum*

L. A.

L. X. de Att.
VII, 7.

pro rara legi potest
ut vera est & servatur
bella ad duct. c. 24.
non urgente necessitate
hæc suscipiuntur
† h. l. c. 25.
S. 20.

S. 8. (a) Facit hoc loquendi genere utitur
tempore ipsa pace javat. i. an. 1611.
C. i. exemplum quod in pace progressi
et ante illam in edicto ferninando
idem dicendum de rupertis pace Nou.
ogamensi cum eo tempore nobis expta
salvia, alsatia et pars belgy.

S. 9. (a) Quia nio et an post oblatam S. 9. (b) hoc e qd politia dicunt pote
ab altera parte satisfactionem bellum p an cautis qm actionibz casilyd me
inchoatum continuan possit q regardo lig habet exemplum suppeditat dar
quia quax belli causa est pnta, Hosti. alarodipn ~~alardipn~~ politia
vero ac id p exemplum th. habuimus in p. i. fol. 105. Contra tm. Hippolyt a La.
bello dano suedico inter Christianum 4. pido Not et stat. Impery domni austri.
et Cardum 7. natum et uxoris 9. p. 1. ac utio utitur qd fama ac terrore qd
vatorum more inter hos reges intercesserat torqueant tributorum exactiones. 599
ubi in observatum dant post oblatam pagina. (6)
a Cardo satisfactionem sed quia jam in
armis essent post posuisse felicitates.

10
11
12
13
14

tandum esse, * nisi summa necessitudo, aut summa occasio data esset. Locum autem tum maxime hoc habebit, cum spes est, * terrore ac fama, nullo aut exiguo periculo, rem confici posse: quæ erat Dionis consilium ad liberandas Syracusas. In epistolis Plinii est: quod est pulcherrimum victoriae genus, terrore perdomuit.

Gell. l. XIII.
c. 3. Val. Max.
l. VII. c. 2.
Diod. l. XVI.

(Nisi summa necessitudo) Plutarchus Gracchis: τὸ αἰεὶ ἔχει τῆς ἀνδραγωγίας τῆς Πένης σὶδηρον, ἔτε ἰατρικόν, ἔτε πολιτικόν. Extra summam necessitatem ferrum inferre, nec boni medici est, nec boni praesidis. Marciani dictum apud Zonaram: μὴ δὲν ὄπλα βασιλεῖα κινεῖν, ἕως εἰρηνοῦσιν ἐξόν. Non debere regem arma movere quamdiu pace frui liceat. Augustinus L. epistola ad Bonifacium, Pacem habere voluntatis est: bellum autem debet esse necessitas, ut liberet Deus à necessitate & conservet in pace.

(Terrore ac fama) Leo spernens tela diu se terrore solo tuctur, ac velut cogi restatur. Habet id Plinius Historia Naturalis VIII. c. 16.

†††

(Terrore perdomuit) Naucler. Generat. 31. Conradus, inquit, misit fratrem suum Eberhardum, ad vastandam Saxoniam, qui appropinquans urbi Heresberg multa superbè locutus est: sed ecce Saxones ei occurrunt, & usque ad internecionem sternunt. Audiens autem Rex malè pugnatum à fratre, congregatà omni virtute Francorum perrexit contra Heinricum, ac tentavit oppidum Gruna expugnare, praemisit tamen legatos ad Heinricum, spontè se velle dare? Qui, dum venirent in conspectum Heinrici Saxo quidam Dietmarus, vir bellicosus, adest: Ne, inquit, Domine, cures, advenient tibi, quas voluisti, copias, triginta Legiones, nil vereare. Hæc dolo locutus est, nullas enim copias tum adducere valebat. Legati tamen regis infecta redeunt, narrata referunt, mox manè ante lucem, relicti castris, Franci unusquisque ad sua redeunt. Fecit hoc modo Dietmarus verbo, quos sincere non valuisse Heinricum ferro. Jung. Matth. Flac. de Translat. Imper. Roman. ad German. cap. 3. pag. 57.

X. i. Sæva res bellum est, inquit Plutarchus, cumulumque secum trahit injuriarum & insolentia: Et sapienter Augustinus: Quorum malorum (de his loquitur, quæ ex bello nascuntur) multas & multiplices clades duras, & diras necessitates, si, ut dignum est, loqui velim, quamquam nequamquam, sicut res postulat, possim, quis erit proluxa disputationis modus? Sed sapienter, inquiunt, iusta bella gesturus est: quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi existisse bellorum: quia, nisi iusta essent, ei gerenda non essent: ac per hoc sapienti nulla bella essent. iniquitas enim partis adverse iusta bella ingerit gerenda sapienti, imo & necessaria: quæ iniquitas homini * utique dolenda, quia hominum est, & si nulla ex eo bellandi necessitas nascatur. Hæc itaque mala tam magna, tam horrenda, tam seva, quisquis cum dolore considerat, miseriam necesse est fateatur. quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo utique miserum ideo se putat beatum, quod & humanum perdidit sensum. Idem

Vita Camil.
De Civit. Dei.
l. XIX. c. 7.

Bbbb

alio

Lib. IV. de Civ.
vit. Dei, c. 15.

alio loco: *Belligerare malis videtur felicitas, bonis necessitas.* Maximus autem Tyrius: *ἢ ἔ πολέμειν χρείας κἄν ἀ Φέλης τὸ ἀδικον ἐλεεινὸν αὐτῆς τὸ ἀναγκάειον: de bello etiam si demas injustitiam, ipsa per se necessitas miserranda est.* Idem: *Φάνεται ἔ πολέμῳ τοῖς μὴ δικαίοις ἀναγκάειον, τοῖς ἢ ἀδικοῖς ἐκαστῷ: Apparet bellum a justis non sumi, nisi necessario, ab injustis sponte.*

1. *Ἰτιγ, dolenda*) Lacedæmonii in oratione, quæ extat apud Diodorum Siculum libro XIII. *Ἰεωρῶντες τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ Φηλονεϊας πολλαὶ καὶ δευὰ πᾶση ποίσεας, οἴομεθα δὲν Φανερόν πο οἴησαι πᾶσι καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις ὅτι τῶτων ἦμετα πάντων ἐσμὴν αἰστοι.* Cum videamus, ex bello plurimas inimicitias, plurima atrocita oriri, nostri officii duximus, cunctis Dis hominibusque testatum facere, causam horum a nobis non esse. Plutarchus Numa: *τί ἐν Φήσῃ τις, οὐκ ἴπῃ τὸ βέλιον πορῆλθον ἢ Ρώμη τοῖς πολέμοις, ἐρωτῶν ἐρώτημα μακρὸς ἀποκρίσεως δέομενον πορῶς ἀνθρώπων τὸ βέλιον ἐν πλάτῳ, καὶ τευΦῆ, καὶ ἠγεμονία, μᾶλλον ἢ σωτηρία καὶ περᾶότης. καὶ τῆντ' δικαιοσυλῆς ἀντρεκία πημυρῶς.* Hic si quis mihi dixerit, nonne Roma per bella profecit plurimum, quæ estionem moverit longæ responsionis egentem, apud homines, qui profectum ponunt in opulentia, in deliciis, in imperiis militaribus; non in salute populi, in lenitate, in justitia, suo contenta. Stephanus medicus Chofroi Perfaram regi apud Procopium Perficorum II. *ἐκῶν, ὡ κρᾶπτε βασιλεῦ, Φόνος σοὶ καὶ μαχας ἐργασμῶν καὶ πόλεων ἀνδρῶ ποδοισμῶς, ἢ μὴ ἀλλαντίσως ὀνομάτων παρῆσαι τυχαν. Ἰὸ δὲ ἀγαθῶ ἐναῖ δοκεῖ, ἔ μήποτε ἔσαι.* Tibi, Rex maxime, in cadibus & pugnis & urbibus subigendis occupato alia sorte nomina contingant, bonus autem, ut per hæc credaris, fieri nequit. Adde locum egregium Guicciardini libro XVI.

Alian. lib.

XIV. c. 22

2. 2. 1.

2. Cui Senecæ illud addendum, non esse homini homine prodige utendum. Philicus Alexandrum monebat, ut gloriæ quidem studeret, sed ea lege, ne se pestilentiam aut magnum morbum faceret: intelligens populorum occisionem, desolationem urbium, pestilentia esse opera: nihil autem magis esse regium, quam consulere omnium saluti, quæ pace continentur.

1. Paralip. 23, 8.

Basil. ad Amph. X, 13.

3. Si jure Hebræo, & qui non volens hominem occidisset, fugere debet: Si DEUS à Davide, qui pia bella gessisset dicitur, ideo templum suum ædificari vetuit, * quod multum sanguinem fudisset: Si apud Græcos veteres expiatione opus habebant etiam, qui sine culpa manum cæde maculassent: quis non videat, præfertim Christianus, quam res sit infelix & mali ominis, quantoque nifu fugiendum bellum, etiam non injustum? Certè apud Græcos Christianismum profectos diu observatus est canon, quo sacris * ad tempus arcebantur, qui hostem in quacunque bello interfecis-

sent. *Storiam divinam ead. suscepit.*

3. Quod

Milites pugnantes contra Turcam pro
rege nro Katarum R. reg. Hovierorum
in bellorum contra Turcas causa est
in civilis. cum non tam de religione
non regno certetur inter tm. causa pie
adeo de beatitudine non militatione.

pro subitis bellum iuste suscipi potest
et natura subjectionis. alter n. alteri
impeno se subiecit ut tuncatur et
et natura reipub. cuius membra sunt
subditi iam corpus est membra d. j. j.

3. *Quod multum sanguinem sudisset*) οὐκ ἔπιτρέπη δὲ πολλὰς πολεμίας ἡρωισμῶν καὶ Φόνο τ' ἐχθρῶν μεμιασμῶν. Non permisit templum struere ei, qui multa bella bellasset, pollutusq; esset hostili quidem attemen sanguine. Verba sunt Josephi libro VII. cap. 4. ubi & plura in hanc sententiam sequuntur. Plinius libro VII. c. 25. post relata Caesaris Dictatoris praelia, Non equidem in gloria posuerim, tantam etiam esse coactam humani generis injuriam. Philo de vita Mosis: καὶ γὰρ εἰ νόμιμον αἰκὰ ἐχθρῶν σφαγαί, ἀλλ' ὅτι κλέων ἀνθρώπων, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμωμόμω καὶ βιαθεῖς, ἵπασσι εἶναι δοκεῖ. Δεῖ τὴν ἀνοπίτω κ κοινῶ συγγενεῖαν. ἔχαρην κατὰ τῶν ἐδέησε τοῖς κλέωνσι πρὸς ἀπὸ ἀγαθῶ τῶ νομιματέντων ἀγῶς γεννηθέν; *Quamvis enim legibus permisse sint hostium occisiones, attamen quisquis hominem interfecerit, quamvis juste, quamvis ad sui salutem, quamvis coactus, aliquid labis contraxisse creditur propter illam communem à summa causa venientem cognationem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad eluendum, quod commissum videbatur, piaculum.*

Ad tempus) Triennio. Zonaras Nicephoro Phoca.

CAPUT XXV.

De causis belli pro aliis suscipiendi.

- | | |
|---|--|
| I. Bellum suscipi justè pro subditis: | si quis aut sibi metuat, aut etiam nocentis vitæ. |
| II. Non semper tamen suscipiendum: | |
| III. An subditus innocens hosti dedit pos- sit, ut periculum vitetur. | IX. An pro subditis alienis defendendis justum sit bellum distinctione explicatur. |
| IV. Bella idem justè suscipi pro federatis equalibus & inaequalibus, | IX. Injustas esse societates & mercenariam militiam sine causarum discrimine. |
| V. Et pro amicis: | X. Etiam præcipue prædæ aut stipendii causa militare vitiosum esse. |
| VI. Imo & pro hominibus quibusvis: | |
| VII. Posse tamen id sine peccato omitti, | |

I. I.

Supra, † cum de his, qui bellum gerunt, egimus, dictum ostensumque à Lib. I. c. V. §. I. nobis est, naturaliter non tantum unumquemque sui juris esse executorem, sed & alieni, quare, quæ causæ justæ sunt ipsi, cujus res agitur, eadem justæ sunt iis, qui aliis opem ferunt.

2. Prima autem maximeque necessaria cura * pro subditis, sive qui familiari, sive qui civili subsunt imperio; sunt enim quasi pars rectoris, ut ibidem diximus. Sic pro Gabaonitis, qui se populo Hebræo subiecerant, arma sumit is populus duce Josua. *Majores nostri*, inquit Cicero ad Qvirites, sæpe mercatoribus ac naviculariis injuriosius tractatis, bella gesserunt. Alibi: *Quot bella majores nostri susceperunt, quot cives Romani injuria*

Navar. XXIV, 13.

Jof. X, 6.

Verr. II.

Bbbb 2

affecti,